

**www.e-rara.ch**

**Veterum mathematicorum... opera**

**Thévenot, Melchésedec**

**Parisiis, 1693**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-16201>

Testimonia authorum de tacticis, qui in hoc libro continentur.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

TESTIMONIA AUTHORUM  
DE  
TACTICIS,  
QUI IN HOC LIBRO CONTINENTUR.

*Casaubonus in Proem. notarum ad Aeneam Tacticum.*

..... Athenæi, Heronis, Apollodori, Philonis, Julii Africani, item Mauricii, Leonisque Augustorum, nec non aliorum qui adhuc supersunt ejus generis scriptores ad hanc diem inediti, docti viri non pauci mentionem fecerunt, eorumque libros sibi lectos ostenderunt.

*Horum omnium meminit & Nicolaus Rigaltius, in suis ad Onosandri Strategicum notis, in quibus etiam Bitonis mentionem facit.*

DE ATHENÆO MECHANICO.

*Hero Junior, in Proemio libri, de bellicis machinis, secundum Latinam Francisci Barocii versionem.*

..... Quemadmodum eæ, quæ ab Apollodoro ad Adrianum Imperatorem obsidionales machinæ constructæ fuerunt; & ea, quæ ab Athenæo ad Marcellum, ex Agesistrati & aliorum sapientum compositionibus ad obsidionem exposita sunt commentaria; nec non quæ a Bitone ad Attalum de constructione bellicorum instrumentorum ex diversis antiquioribus Mechanicis collecta fuere jaculatoria.

*Lambecius Bibl. Cesar. Tom. v11. ad Cod. cx1v.*

..... Minime, inquit, audiendus est Isaacus Casaubonus, qui in notis ad Trebellii Pollionis Gallicenos duos, scribit Athenæum hunc videri illum ipsum esse, cujus jam memoratus Trebellius meminit, his verbis. *Inter hæc Scythæ per Euxinum navigantes, Istrum ingressi, multa gravia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum & Athenæum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque prefecit.* Inter duos enim illos Athenæos, quorum alter Marco Marcello librum suum de machinis bellicis dedicavit, alter autem sub Imp. Gallieno claruit, intercesserunt integri anni quadringenti septuaginta novem, si tempus supputetur ab expugnatione urbis Syracusanæ per M. Marcellum, usque ad Imp. Gallieni interitum.

DE APOLLODORO.

*Elius Spartianus, in vita Imp. Hadriani.*

..... Et cum hoc simulachrum (*nempe colossum*) post Neronis vultum, cui antea dicatum fuerat, Soli consecrasset, aliud tale Apollodoro Architecto autore, facere Lunæ molitus est.

*Dion Cassius, Historia Romana, lib. 69. de Hadriano loquens.*

..... Τὸν δὲ Ἀπολλόδορον τὸν ἀρχιτεκτόνα, τὸν τῶν ἀγροῶν καὶ τὸ ἀδείον, τὸ, τὸ γυμνάσιον, τὰ τῶν Τραπεζοῦ ποιήματα, ἐν τῇ Ρώμῃ κατασκευάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐφυστάδισεν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπέκτεινε, λόγῳ μὲν ὡς πλημμελήσαντά π, τὸ δὲ ἀληθές, ὅτι τῶν Τραπεζοῦ κοινοῦ μέρους π αὐτῶν πρὸς τῶν ἔργων, εἶπε τῶν Ἀδριανῶν ἀγαλλήσαντί π, ὅτι, ἀπέλαθε, καὶ τὰς κολοκώδας γράφει. τούτων γὰρ οὐδὲν ὅπιστάσται. ἐτύχανε δὲ ἀρα τότε ἐκείνος τοιοῦτον πνὶ γράμματι σεμνωτόμος. ἀνδοκρατορίας οὐδὲ τότε ἐμνησκύνησε, καὶ τῶν παρρησιῶν αὐτῶν οὐκ ἠθέλησεν. αὐτὸς μὲν γὰρ τῶν πῆς Ἀφροδίτης πῆς τε Ρώμης ναοῦ τὸ ἀγαλλήσαντα αὐτῶν πέμψας, δι' ἐνδείξιν ὅτι καὶ αὐτὸ ἐκείνου μέγα ἔργον γίνεσθαι δυνάσται, ἤρετο εἰ εὐ ἔροι τὸ κατασκευάσαντα. ὁ δὲ ἀνταπέσειλε πρὸς τε τῶν ναοῦ, ὅτι καὶ μετέωρον αὐτὸν καὶ ὑπεκκεκονομηθὸν γινέσθαι ἐχρήσθη, ἵν' εἰς τε τῶν ἱερῶν ὁδὸν ἐκφανέσται ὅτι ὑψηλοτέρου εἴη, καὶ εἰς τὸ κοίλον τὰ μηχανήματα ἐσθέρητο, ὥστε καὶ ἀφανὰς συμπήγνυσθαι, καὶ ὅτι οὐ πρὸς οὐδεὶς εἰς τὸ δεῦρον εἰσαγέσθαι. καὶ πρὸς τῶν ἀγαλλήσαντων, ὅτι

μείζονα ἢ κατὰ τὸν τῶ ὕψους τῆ μεγάλου λόγον ἐποίησεν. αὐτὸν γὰρ αἱ θεαὶ ἔφη ἔξανασησεδαί τε καὶ ἔξελεθῆν ἐδελησωσιν, οὐ δυνήσουσιν. ταῦτα γὰρ ἀντικρὺ αὐτῆ γραφάντος, καὶ ἠγανάκτησε, καὶ ὑπερήλπισεν, ὅτι καὶ εἰς ἀδιόρθωτον ἀμύρτιαν ἐπεπλώθη, καὶ οὐτε τιμὴ ὀργῆς, οὐτε τιμὴ λύπης κατέχεν, ἀλλ' ἐφόνόσεν αὐτόν. *Id est*: Apollodorum vero Architectum, qui forum, & Odeum, & Gymnasium, opera Trajani, Romæ fecerat, primum exilio, deinde etiam morte multavit, prætextu quidem, ac si aliquid deliquisset, revera autem quod olim, cum Trajanus cum Apollodoro de jam memoratis operibus colloqueretur, & Hadrianus isti sermoni aliquid inepte intermiseret, Apollodorus ipsi responderit, abi & curbitas pinge; hæc enim profus ignoras. Hadrianus enim tum forte tali pictura se jactabat. Postquam igitur imperium adeptus est, memor veteris injuriæ libertatem ejus in dicendo non pertulit, sed formam templi Veneris, & ipsius Romæ ad eum misit, ut magnum opus absque ejus opera fieri posse ostenderet: quæsitivumque ex eo, num id templum bene ac recte ædificatum videretur. Is vero rescripsit, quod ad ipsum templum attineret, altius illud multoque amplius fieri oportuisse, quo magis & propter altitudinem in viam sacram emeretur, & propter amplitudinem machinas reciperet; quæ clam in eo compactæ in theatrum perducerentur; simulachra autem majora facta esse, quam ratio altitudinis, amplitudinisque templi pateretur. Etenim, inquit, si Deæ surgere, atque inde exire voluerint, non poterunt. Quæ cum Apollodorus aperte rescripsisset, Hadrianus ira incitatus, magnum animo dolorem cepit, propterea quod commisisset errorem, quem jam corrigere amplius non poterat. Ideoque & iræ & dolori indulgens, illum ob eam causam interfici jussit.

*Meminit hujus Apollodori Hero junior in proæmio libri de machinis bellicis. ejus verba jam allata sunt, ubi de Athenæo. Vide supra.*

*Casaubonus in suis ad Æneam Tacticum notis.* Obsidionalis, inquit, materiæ duo sunt loci; nam aut qui obsident præceptis instruuntur, aut qui obsidionem patiuntur. πολιορκητικὰ proprie dicuntur, quæ obsidenti scribuntur, cujusmodi sunt Apollodori Poliorcetica, quo in libro machinæ scalæque describuntur obsidentibus utiles.

*Idem in iisdem notis, pag. 95.* De tignis erectis in summa turri, en testem locupletem Apollodorum mechanicum in Poliorceticis suis.

*Idem ibid. Pag. 106.* Sed nemo hoc argumentum uberius tractavit quam Apollodorus.

*Vide & Paginae. 96. 97. 99. 103. 105.*

*Consule & Lambecium Tom. VII. Biblioth. Cæsar. ad Codd. cix. & cxiv.*

## DE PHILONE.

*Vitruvius, in Prefatione libri VII. de Architectura, refert illum Philonem scripsisse, de adium sacrarum Symmetriis, & de Armamentario, quod fuerat in Piræi portu; & circa finem ejusdem Prefationis etatem ejusdem Philonis indicat his verbis: Eleusina Cereis, & Proserpinæ cellam immani magnitudine Ictinus Dorico more sine exterioribus columnis ad laxamentum usus sacrificiorum pertexit. eam autem postea, cum Demetrius Phalereus Athenis rerum potiretur, Philo ante templum in fronte columnis constitutis prostylon fecit. Ita aucto vestibulo, laxamentum initiantibus operisque summam adjecit auctoritatem.*

*Ejusdem Philonis mentionem facit Tzetzes, in Chiliadibus. Vide Lambecium, Biblioth. Cæsar. Tom. VII. ad Cod. cix. pag. 192. Item ad Codices cx i. & cxiv.*

*Casaubonus in suis ad Æneam Tacticum Notis.*

..... Extat etiam in Christianissimi Regis Bibliotheca ejusdem argumenti liber eximius Philonis mechanici, harum rerum peritissimi, in quo de fabrica turrium, murorum & aliarum munitionum primo agitur: deinde tolerandæ obsidionis dantur præcepta: postremo tentandæ oppugnationis rationes docentur.

*Idem, in iisdem Notis, de occultis literis loquens.*

..... Ex iis scriptoribus præcis, qui in Bibliothecis latent, attigerunt hunc locum duo eximii scriptores Tactici, Julius Africanus, & Philo Mechanicus, sed ille quidem negligenter admodum & perfunctorie, &c. Philo quoque diligentia longe inferior est Æneæ; quod tamen eo minus miror, quia singularem de hoc libro tractatum a se editum profitetur: sermonem enim de litteris ita claudit, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι &c.

TESTIMONIA AUCTORUM  
DE BITONE

*Alianus, cap. 1. Tactlicorum.*

..... Ο δὲ στωικός Ποσειδώνιος, καὶ τέρηλυ Τραπυλὸς ἔγραψεν, ἀλλοί τε πλείους, οἱ μὲν εἰσαγωγὰς, ὡς Βίων· οἱ δὲ καὶ ἑπιπέδων μηχανατείας ἐξέδωκαν &c. *Theodorus Gaza legendum tenet eo loco Βρίων, non Βίων. Lambecius legit Βίτων. favet Gaza Codex Regius annorum fere septingentorum. Vide Lambecium Biblioth. Casar. Tom. VII. ad Cod. cxi. i.*

*Hero junior, in proœmio libri de machinis bellicis, ex Baroccii versione.*

..... Necnon, quæ a Bitone ad Attalum de constructione bellicorum instrumentorum ex diversis antiquioribus Mechanicis collecta fuere jaculatoria.

*Gerard. Jo. Vossius in libro de scientiis Mathematicis.*

..... Etiam in Bibliothecis publicis, ac quorundam privatis, supersunt Bitonis ὀψούλιον πολεμικῶν ὀργάνων καὶ κατὰπελπίδων, hoc est, præparaciones instrumentorum militarium, deque catapultariis. Bitonem hunc advocat Hesychius: σαμβούκη οὐ μόνον τὸ μουσικὸν ὄργανον, οὐ μέμνηται Ἰούδας, ἀλλὰ καὶ πολιορκητικόν, οὐ Βίτων. Hoc est; Sambuca non solum est instrumentum Musicum, quod memorat Juba; sed etiam obsidionale, cujus meminit Biton. Opusculum suum inscripsit τῷ πάλαι βασιλεῖ, hoc est, quondam Regi. Num iste Dionysius Siciliae Tyrannus, & Corinthi exulans? potuit hoc illi dicere, spe bona, hanc Poliorceticam disciplinam fore illi utilem ad regnum recuperandum. Neque obstat quod Biton meminere Posidonii mechanici, quem ait Alexandro magno fabricasse Helepolim. Dum enim Dionysius Corinthi versaretur, multa jam bella gesserat Alexander. Et quoscumque memorat Biton, vel ætate Alexandri, vel antea vixere. Sed cum librarii illud, ὃ πάλαι βασιλεῦ, non assequerentur, varie immutarunt. Fortasse autem Biton ἀπλάς scripserat βασιλεῖ, non πάλαι βασιλεῖ, quod fuerit a librariis vel ejusdem, vel proximi temporis. Nec enim absurde credamus, voluisse affectum suum erga regem, jam ejectum regno, commonstrare opere aliquo, quod ad recuperandum regnum ei posset inservire. De obsidionalibus instrumentis agere, satis indicat inscriptio; ut inter alia, de machinis ac scalis, quæ conducunt urbem obsidentibus.

*Legendum, ut legit Lambecius, ὃ Ἀθαλε βασιλεῦ. Vide locum supra allatum ex Herone juniore. Vide Rigaltium in Notis ad Onosandri Strategicum.*

DE HERONE ALEXANDRINO.

*Bernardinus Baldus, in Notis ad Heronis Belopœica.*

\* Ηρόνος Κτησιβίου.

..... Dubium videtur facere hæc inscriptio\* utrum Heronis, Ctesibiine sit hujusmodi opusculum. Certe ipsius Heronis esse affirmamus, non autem Ctesibii. Videtur utique in ipsa hac epigraphæ desiderari dictio μαθητῶς, ut sit restituendum Ηρόνος Κτησιβίου μαθητῶς, Heronis Ctesibii discipuli. Etenim hunc nostrum Heronem Ctesibii fuisse discipulum, attestatur junior Heron, lib. Machinarum I. cap. 23. Verum enimvero libellum hunc Heronis esse inde evincitur, quod in Appendice ejus, ad finem, ubi de Chiroballistis, ita habet inscriptio, τῷ αὐτῷ Ηρόνος, ejusdem Heronis. Præterea modum inveniendi duas medias proportionales, quo utitur noster iste auctor, esse Heronis, Pappus ipse in Collectaneis docet, lib. 3. Clarius tamen Eutocius, in libris Archimedis: addit enim ipsum Heronem modum jam dictum docuisse in Belopœicis, seu Belopiicis. Hæc cum non animadverteret Justus Lipsius, lib. Mach. 3. & Dial. item 3. ait Heronem opusculum hoc a Ctesibio descripsisse, sed & Turnebus, lib. 2. cap. 4. *Cum incidissem, inquit, in quædam Schedia Ctesibii, vel Heronis, nam dubia inscriptio erat.* Alicubi librum Ctesibii esse dicit, alicubi Heronis. Videtur enim legisse, Ηρόνος ἢ Κτησιβίου, Heronis vel Ctesibii. In meo autem textu dubitativa particula non habetur. Quicquid tamen isti dixerint, id pro certo statuendum, Heronem, non Ctesibium hujusce libelli fuisse auctorem.

*Lambecius Tomo VII. Bibl. Casar. ad Codicem cxi. i.*

..... In præsentī Codice cxi. i. illud speciatim ac singulariter notandum est, quod ibi in fine jam memoratorum opusculorum, nempe fol. 16. pag. 1. hæc legitur æque antiqua manu exarata suscriptio, τέλος τῶν Αρχιμήδους Βελοποιικῶν, τῶν ἑξηγηθέντων ὀψούλιον Ηρόνος Κτησιβίου. Hoc est, finis Archimedis Belopœicorum, expositorum ab Herone Ctesibii. Hinc nimirum apparet Heronis Alexandrini Belopœica, seu Belopœica ipsi etiam Archimedi Syracusano olim fuisse attributa, & Heronem Alexandrinum, eo-

rundem explanatorem potius fuisse habitum, quam auctorem. Præterea quoque hinc patet, Heronem Alexandrinum cognominatum fuisse Ctesibii, subaudito videlicet, discipulum: quia nempe discipulus fuit istius Ctesibii Alexandrini, machinarum pneumaticarum, & organorum hydraulicorum inventoris, sub Rege Ægypti Ptolemæo Evergete II. florentis, cujus Vitruvius lib. 9. cap. 9. Plinius lib. 7. cap. 37. & Athenæus Dipnosophista lib. 4. mentionem faciunt. Consule etiam Heronis vitam, conscriptam a Bernardino Baldo Urbinatæ, qui eadem Belopœica, ut jam alias uberius indicavi, Augusta Vindelicorum Græce & Latinè edidit, & quidem sub eodem titulo, *Ηερονος Κτησίβιου*. Errant igitur, qui Heronem illum appellant Ctesibium, cum revera appellandus sit Hero Ctesibii. Similiter nempe ac Historiæ Ecclesiasticæ scriptor Eusebius, non est vocandus Eusebius Pamphilus, sed Eusebius Pamphili, ob singularem videlicet amicitiam cum S. Pamphilo, Ecclesiæ Cæsariensis Presbytero & martyre.

*Idem Lambecius tres Herones Mathematicos distinguit, Tomo eod. pag. 288. quem locum vide sis. Vide & ea quæ idem annotat ad Codicem c. x. Tomo eod. VII.*

## DE JULIO AFRICANO.

*Eusebius Pamphili lib. 1. Chron. & Georgius Syncellus, Chronographiæ Pag. 359.*

..... Εμμαους ἢ ἐν Παλαστίνῃ κώμῃ, ἧς φέρεται ἐν τοῖς ἱεροῖς Διαγέλοις, Νικόπολις ἐπιμύθη καλεῖσθαι ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τῆ ἀνοδοῦ, Ἀφρικανὸς πρεσβυτέρου, τῆ τῆς ἰσοείας ἐν πανταίβηλῳ συγγραμμάτων. Ἀφρικανὸς τὴν ἐννεαβίβλον τῆς Κεσῶν ἐπιγεγραμμένῳ ποταμῶν, ἰατρικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ γεωργικῶν, καὶ χυμικῶν ἀειχρυσῶν δυνάμεις, Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ προσφώνει. *Hoc est*. Emmaus Palaestina vicus, cujus in sacris Evangeliiis fit mentionem gerente, qui Historias ab orbe condito usque ad suam ætatem quinque libris conscripsit. Eidem Imperatori Alexandro dedicavit Africanus, etiam opus illud novem librorum de variarum rerum medicarum, physicarum, rusticarum, & chymicarum potentiis, quod inscripsit Cestorum.

*Idem Euseb. Hist. Eccles. lib. 6. cap. 31.*

..... Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ Ἀφρικανὸς ὁ τῆς ἐπιγεγραμμένων Κεσῶν συγγραφῆς ἐγνωρίζετο. Ἐπιστολὴ τούτου Ὀριγῆνι γραφείσα φέρεται, ἀποσπαστικῶς ὡς ἀπὸ νόθου καὶ πεπλασμένης οὐσίας τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσαννῶν ἰσοείας. Ἐως ἢ Ὀριγῆνης ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς Ἀφρικανὸς καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε χρονογραφικῶν ἡλθόντων εἰς ἡμᾶς ἐπὶ ἀκριβῆς πεπονημῆμα ἀπουδάσματα ἐν οἷς &c. *Hoc est*: Eodem tempore claruit etiam Africanus, qui libros, Cestorum titulo inscriptos, composuit. Hujus existat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ, quæ in Danielis libro legitur, spuriam & commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondit. Eiusdem Africani etiam alii quinque de Chronographia libri ad nos pervenerunt, accuratissime compositi; in quibus &c.

*Photius in recensione Codicis 34. sua Biblioth.*

..... Ἀνεγνώθη Ἀφρικανὸς ἰσοεικὸν. οὗτος ἔστιν ὁ καὶ τῶν λεγομένων Κεσῶν ἐν λόγοις σωσαννῶν ἰσοείας ἰδί [ *legendum ἔστι cum Lambecio* ] *Hoc est*: Lectum est Africani opus historicum; estque hic idem ille, qui etiam libros novem, Cestos inscriptos, composuit.

*Suidas in Lexico, ad vocem, Ἀφρικανός.*

..... Ἀφρικανὸς ὁ Σέξτος [ *legendum Σέξτος cum Lambecio, non Κέστος, ut nonnulli legunt* ] χημηάσις, φιλόσοφος Λίβυς, ὁ τοῖς Κεσῶν γεγραμῶν ἐν βιβλίοις καὶ ἰδί. [ *legendum ἔστι cum Lambecio* ] εἰσὶ δὲ οἰονεὶ φυσικῶν, ἔχοντα ἐν λόγοις τε καὶ ἐπιστολῶν, καὶ γραπτῶν πῶν χαρτακτῶν, ἰατρικῶν τε καὶ ἀλλοίων ἐνεργητῶν δυνάμεις. κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὀριγῆνης, ἕνασιν ποιητῶν ἑξῆς τῆς Σωσαννῶν βιβλίου τῆ εἰς τὸν Δανιὴλ. *Hoc est*: Africanus, prænomine sextus, Philosophus Libycus, qui Cestos scripsit libris novem. Sunt autem ii quodammodo Physica volumina, quibus continentur curationes per certas verborum formulas, & incantamenta, & scriptos quosdam characteres, atque aliarum ejus generis operationum potentia. Contra hunc scripsit Origenes, defendens libellum de Susanna, qui existat apud Danielelem.

*Nicephorus Callisti, Hist. Eccles. lib. 5. cap. 21.*

..... Οὗτος δὲ Ἰούλιος Ἀφρικανὸς καὶ τῆς ἐπιγεγραμμένων Κεσῶν λόγων σωγραφῆς ὢν, ἐπιστολῶν γεγραμῶν ἐπέμπεν Ὀριγῆνι, τὴν κατὰ Σωσαννῶν ἰσοείαν, ὡς ἀπὸ νόθου τῆς γραφῆς ἀποσπαστικῶς συγγραμμάτων. Ἐως ἢ Ὀριγῆνης, &c. *Hoc est*: Idem hic Julius Africanus, librorum eorum, qui Cesti inscribuntur, autor existens, epistolam scripsit ad



*Idem ibidem pag. 66. editionis anni 1609.*

..... Porro harum clepsydram facit mentionem Julius Africanus cap. 40. quod caput propterea hic placuit describere, ut ex comparatione verborum Æneæ cognoscerent lectores, unde sua Africanus desumpserit, vel potius pene ad verbum descripserit.

*Idem Casaub. ad caput xxxi. libri supra memorati, loquens de occultis litterarum notis, quam Steganographiam vocant.*

..... Ex iis scriptoribus priscis, qui in bibliothecis latent, attigerunt hunc locum duo eximii Tactici Julius Africanus, & Philo mechanicus. Sed ille quidem negligenter admodum & perfunctorie; paucos enim modos ex Æneæ nostri ditissimo penu prompsisse contentus, novi nihil quicquam affert de suo. Philo quoque diligentia longe inferior est Æneæ; quod tamen eo minus miror, quia singularem de hoc argumento tractatum a se editum profiteretur: sermonem enim de literis ita claudit, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι &c.

*Idem, ad idem cap. pag. 88.*

..... Mirum nihilo melius ista scribi apud Africanum, scriptorem adeo vetustum, & paulo infra, liber Africani & in proxime præcedentibus verbis & hic quoque corruptissimus.

*Idem ibid. pag. 106.*

..... Julius Africanus operis sui Tactici caput xlv. inscripsit αὐτόματον πῦρ ἀΐει. eo docet rationem pharmaci conficiendi, quo si arma hostium, aut aliud quid inunxeris, atque id postea radiis solis objeceris, incendio sponte excitato omnia sint conflagratura.

*Vide etiam Paginas 65. 70. 75. 76. 77. 78. 84. 85. 88. 90. 93. 102. 105. 107. 108. 110. 112. De eodem Julio Africano consule S. Hieronymum, Chronicon Paschale, Zonaram, Scaligerum, Valesium, Labbeum &c.*

## DE TRACTATU ANONYMI,

Ὅπως γρηὶ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν, &c.

*Casaubonus in fragmentis Polybianis.*

..... Extat in Christianissimi Regis Bibliotheca inter alios rei Tacticae scriptores, auctor incertus mediæ ætatis, & Christianus, qui de toleranda obsidione scripsit. Libri titulus ita concipitur. Ὅπως γρηὶ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀπιπτάσεισθαι, καὶ οἷοις ἐπιτηδύμασι πῶτε ἀποκρούεσθαι. In eo scripto multa docentur super proposito argumento, egregia, & scitu digna. Sæpe etiam exempla afferuntur ex antiqua memoria petita. Observavimus pleraque illorum e Polybii historiis esse descripta: licet auctor, Polybii nullam faciat nominatim mentionem. Sed potest excusari, quia magna ejus libri pars in Regio codice desideratur. Est animus, faciente Deo, & hoc scriptum, & alia similis argumenti, quorum testimoniis passim in commentariis nostris utimur, publici juris facere. Interim pauca hic describemus, ex iis præsertim quæ hodie in Polybianis reliquiis non extant.

*Idem in notis ad Æneam Tact.*

..... E tractatu Anonymi de toleranda obsidione colligimus, fuisse olim moris, ut cura & administratio annonæ in urbe obsessa Episcopo traderetur: sed hoc aliud genus est Episcoporum. Nam ille auctor fuit Christianus.

*Idem ibid. pag. 108.*

..... Anonymus scriptor, quem multa ex Polybio descripsisse in fragmentis monebamus, ita scribit, ἐπειδὴ βλάβος ἔχεν ἰκανὸν ἢ τὰ φερεῖ &c. *Idem eundem citat, pag. 99.*

*Scriptorem illum Anonymum docet Lambecius Heronem esse juniorem, qui sub Imperatore Heraclio floruit. En ipsa Lambecii verba ad Codicem cxi. Tom. vii. Biblioth. Casar.*

..... Septimo, & quidem a folio 251. pag. 1. usque ad fol. 286. pag. 2. ejusdem Heronis junioris excerpta de toleranda obsidione: quorum titulus, & principium: τὴν αὐτὴν, Ὅπως γρηὶ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν, &c. *Vide eundem Lambec. ad Cod. cxi. Num. 8. Tom. eod.*